



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 156. Querelæ Cleri Gallicani discussæ

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

**Sæcul. XV.** tissæ Bellojoviensis concludebatur,  
A C. 1484. Aurelianensis Dux nonnisi clientes fu-  
 fiduciarios sibi suffragantes haberet,

## §. CLVI.

*Querelæ Cleri Gallicani discussa*

*Observ. in hist. Carol.* In alia quadam Sessione Cleri Gallicani querelæ audiebantur. In hanc re VIII. p.404. Joannes Retz seu de Rely Sorbonensis Doctor ac Parisiensis Ecclesiæ ad Bellum Canonicus valde prolixam declamatio orationem, in qua pluribus exaggerat Curiæ Romanæ vexationes, Regi implicans, ut ab onerosis ejusdem Curia exactionibus Gallicanam Ecclesiam laceraret; cum enim illius defensor esset, in ei invigilandum, ne a summis Pontificibus quicquam statueretur, quod vel præjudicium Sanctionis Pragmaticæ deret, vel Libertates Gallicanæ Ecclesie Regis jura, & Constantiensis atque fileensis Concilii decreta labefactare. Tandem sermonem absolvit dicendo quod tres regni ordines, si in articulis Pragmaticæ quicquam Sedi Apostolicae in iurio sum reperiatur, omnino parati essent universalis Concilii proxime celebrandi judicio stare: Hæc Sessione non sine gravi contentione soluta est, cum Cardinallis Burbonius Lugdunensis Metropolitus

cum alio quodam Archiepiscopo cunctis, Sæcul. XV.  
 quæ Sorbonensis Doctor dictitabat, se- A.C. 1484.  
 se opposuisset, hinc nihil hac super re  
 definitum est; eoquod minus consultum  
 fore videretur, sub primis Regni auspi-  
 ciis cum summo Pontifice simultates or-  
 diri, ac lites fuscitare, quibus publica  
 tranquillitas turbaretur.

### §. CLVII.

#### *Nobilium querelæ ad Ordinum co- mitia delatae.*

Audiebantur etiam preces Nobilium,  
 qui graviter conquesti sunt, quod  
 frequentius non sine maximo eorum  
 damno tam primariæ quam secundariæ  
 clientelæ Nobilitas ad bellum evocaretur,  
 & Nobiles non solum in sylvis Regi  
 propriis, sed in ipsis eorum ditionibus  
 venandi libertate privati, hancque ob rem  
 gravibus molestiis affecti fuissent; Lu-  
 dovicus enim XI. juris venandi adeo te-  
 nax erat, ut illud inita regni sui posses-  
 sione omnibus adimeret, nec non cujus-  
 cunque conditionis ac status personis,  
 indicta capitis poena, inhiberet, ne quis  
 vel solus vel unacum venatorum agmine  
 venatum ire præsumeret, absque nova  
 concessione ipsius Regis chirographo fir-  
 mata. Hæc lex ipso quoque regiæ stir-

O 5 pis